www.e-rara.ch

Demosthenis et Aeschinis principum Graeciae oratorum opera

Demosthenes

Basileae, [1571-]1572

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-98668

Demosthenis Contra Calliclem De Fundo oratio, Hiernonymo Wolfio interprete

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

DEMOSTHENIS CONTRA CALLICLEM DE FVNdo oratio, Hieronymo Vuolfio interprete.

Perstringit aduersarium, & præscriptione longi temporis nititur.

NIHIL profectò molestius est, Athenienses, quàm in vicinum improbum & auarum incidere: id quod mihi nunc vsuuenit. Callicles enim prædia mea desiderans, ita obstinatè me calumniari pergit, vt primùm consobrinum suum subornarit, qui ea sibi vendicaret. Palàm autem conuictus, refutato per me eorum commento: rursus in duabus me causis arbitri sententia condemnauit absentem: altera ipse mille drachmis: altera fratre Callicrate impulsò. Precor autem vos omnes, vt me audiatis, & diligenter attendatis: non quòd ipse dicendi sim peritus: sed vt vos ex ipsis rebus cognoscatis, mihi palàm iniuriam fieri. Vna autem mihi contra omnia istorum verba defensio est, quòd prædium illud pater meus maceria sepsit, prius fermè quàm ego natus sum, & viuente adhuc Callipide patre istorum, & vicino, qui rem certius norat quàm isti, & Callicle iam adulto, atque Ather versante. Annis autem illis omnibus nemo ve. t qui vel accusaret, vel quereretur (quanquam haud dubiè tum etiam sæpe imbres fuerunt) vel prohiberet omnino, si quem pater sepiendo nostro prædio lædebat: imò nec vetuit, nec testificatus est quisquam, cum pater meus annos amplius quindecim superstes fuerit, neque his pauciores pater istorum Callipides. Atqui Callicles, licuit vobis tum profectò, cum fossam obstrui videretis, venire, statimque indignari, & dicere ad patrem. Tisia cur istud facis? obstruis fossam? iam aqua in nostrum prædium irruit: vt si desistere noluisset, ac tale aliquid accidisset, testibus ijs qui tum adfuissent, vti licuisset. Ac mediusfidius, te ostendere oportuit omnibus hominibus esse fossam: vt non verbis tantum, vt nunc, sed reipsa patrem iniuriæ conuinceres. Horum autem nihil quisquam vestrûm vnquam præstare voluit. neque enim absentem, vt me nunc, damnassetis: nequ m-nys vestris quicquam profecissetis. Sed si tum. tem adduxissetis, eóque præsente reclamassetis: ille, vt qui rem compertam haberet, horum singulis ita vti sunt, declaratis, facilè mercenarios testes refutasset. Vos autem me, nimirum hominem hac ætate, & rerum imperitum, omnes contempsistis. Verùm ego contra istos omnes, Athenienses, ipsorum facta, quæ firmissima testimonia sunt, exhibebo. Cur enim nemo eorum vel testificatus vel conquestus est? imò, cur nullum vnquam verbum fecerunt? cur satis habuerunt eas iniurias, quibus afficerentur, negligere? Ad istorum igitur accusationem refutandam, vel hæc satis esse multa arbitror. Vt autem sciatis, Athenienses, de alijs etiam, patrem nec sepiendo fundo quicquam peccasse, & istos omnia falsò in nos dixisse: dilucidius vos edocere conabor. Fundum nostrum esse proprium, isti etiam consitentur, Quod cum ita sit Athenienses: inspecto fundo potissimùm cerneretis, calumniam mihi fieri. Quamobrem etiam ego arbitris æquis rem permittere volui: non isti, vt nunc dicere audent. Perspicuum autem & hoc statim vobis erit omnibus: atten-

Narratio & descriptio fundi, quem aduersarius fossam esse falsò dicat

A ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΟΠΡΟΣ ΚΑΛΛΙΚΛΕΑ ΠΕΡΙ ΧΩΡΙΟΥ ΛΟΓΟΣ.

ΟΥΚ ἦν ἄρα ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι χαλεπώτερον οὐδὲν, ἢ γείτονα πονηροῦ καὶ πλεονέκτου τυχεῖν, ὅπερ ἐμοὶ νυνὶ συμβέβηκεν. ἐπιθυμήσας γὰρ τῶν χωρίων μου καλλικλῆς, οὕτω* διατέθεικέ με συκοφαντῶν, ὥστε πρῶτον μὲν τὸν ἀνεψιὸν τὸν ἑαυτοῦ κατεσκεύασεν ἀμφισβητεῖν μοι τῶν χωρίων, ἐξελεγχθεὶς δὲ φανερῶς, καὶ περιγραμμένου μου τῆς τούτων σκαφείας· πάλιν δύο δίκας ἐρήμους μου κατεδικάσατο· τὴν μὲν αὐτὸς χιλίων δραχμῶν, τὴν δὲ τὸν ἀδελφὸν τουτονὶ πείσας καλλικράτην. δέομαι δὴ πάντων ὑμῶν ἀκοῦσαί μου, καὶ προσέχειν τὸν νοῦν, οὐχ ὡς αὐτὸς δυνησόμενος εἰπεῖν, ἀλλ' ἵν' ὑμεῖς ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων καταμάθητε, ὅτι φανερῶς συκοφαντοῦμαι. εἰ μὲν γὰρ, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, πρὸς ἅπαντας οὗτοι τοὺς λόγους* ὑπάρχει μοι ἱκανὸν. τὸ δὲ χωρίον τοῦτο περιῳκοδόμησεν ὁ πατὴρ, μικρὸν δεῖν, πρὶν ἐμὲ γενέσθαι; ζῶντος μὲν ἔτι καλλιππίδου, καὶ τούτων πατρός, καὶ γειτνιῶντος (ὃς ἀκριβέστερον ἤδει δήπου τούτων) ὄντος δὲ καλλικλέους ἤδη ἀνδρὸς ἤδη, καὶ ὑπιδημοῦντος ἀθήνησιν. εἰ δὲ τούτοις τοῖς ἔτεσιν ἅπασιν ὅτε ἐγὼ καλῶς οἶδεν πώποτ' ἦλθεν, ὅτε μεμφόμενος. καί τοι δῆλον ὅλως τόθ' ὕδατι πολλάκις ἐγένετο. καὶ ὅτι κεκώλυσεν ἐξ ἀρχῆς, εἴπερ ἠδίκει τινὰ περιοικοδομῶν ὁ πατὴρ τὸ ἡμέτερον χωρίον· ἀλλ' οὐδ' ἀπηγόρευσεν, οὐδὲ διεμαρτύρατο: πλέον μὲν ἢ πεντεκαίδεκα ἔτη τοῦ πατρὸς ὑπιβιοῦντος, οὐκ ἐλάττω δὲ τούτων πατρὸς καλλιππίδου. καί τοι ὦ καλλίκλεις, ἐξῆν σοι δήπου τόθ' ὑμῖν, ὁρῶσιν ὑποικοδομουμένῳ τὴν χαράδραν, ἐλθοῦσιν εὐθὺς ἀγανακτεῖν, καὶ λέγειν πρὸς τὸν πατέρα· τισία, τί ταῦτα ποιεῖς; ὑποικοδομεῖς τὴν χαράδραν; εἶτ' ἐμπεσεῖται τὸ ὕδωρ εἰς τὸ χωρίον τὸ ἡμέτερον· εἰ μὲν βούλεται παύσασθαι, μηδὲν ὑμῖν δυσχερὲς πρὸς ἀλλήλους ἦν. εἰ δὲ ὠλιγώρησε, καὶ συνέβη τι τοιοῦτον: μάρτυσιν εἶχες τοῖς τότε πρᾶγμα γενομένοις χρήσασθαι. καὶ νὴ Δι' ὑπιδεῖξαί σε ἔδει πᾶσιν ἀνθρώποις χαράδραν ὅπου· ἵνα μὴ λόγῳ μόνον, ὥσπερ νυνὶ, ἀλλ' ἔργῳ, τὸν πατέρ' ἀδικοῦντα ἀπέφαινες. τούτων τοίνυν οὐδὲν πώποτ' οὐδεὶς ποιῶν ἠξίωσεν. οὐ γὰρ αὐτὸ τοῦτο ἐρήμην, ὥσπερ ἐμοὶ νυνὶ, κατεδικάσθη πολλοὺς, ὅτε πολέον αὐτῶν ὑμῖν συκοφαντοῦσιν οὐδὲν. ἀλλ' εἰ μὲν ἔγκαπτόπτερμαρτύρομαι, καὶ ἐπιμαρτύρομαι δὲ· νυνὶ ἀπέφαινεν αὐτὸς ἐκεῖνος, εἰδὼς ἀκριβῶς, ὅπως εἶχεν ἕκαστα τούτων,* καὶ οὐ ῥᾳδίως τούτοις μαρτυροῦντας ἐξήλεγχεν. ἀνθρώπου δὲ οἶμαι τηλικούτου, καὶ ἀπείρου τῶν πραγμάτων, ὅπαντες καταφρονήκατέ μου. ἀλλ' ἐγὼ πρὸς ἅπαντας τούτους ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, τοὺς αὐτῶν πράξεις ἰσχυροτάτας μαρτυρίας παρέξομαι. διὰ τί δὲ οὐδεὶς οὔτ' ἐπεμαρτύρατο, οὔτ' ἐνεκάλεσεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐμέμψατο πώποτε: ἀλλ' ἐξῆρκει τοῦτο αὐτοῖς ἀδικουμένοις περιορᾶν; ἐγὼ τοίνυν ἱκανὰ μὲν ἡγοῦμαι καὶ τοῦτ' εἶναι πρὸς τὸν *τούτων αἰτίαν. ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὡς οὐθ' ὁ πατὴρ οὐδὲν ἠδίκει περιοικοδομῶν τὸ χωρίον, οὐδὲ κατεψευσμένοι παντ' εἰσὶν ἡμῶν ἐπιφέρομεν ὑμᾶς προάγομαι διδάσκειν. τὸ μὲν γὰρ χωρίον ὁμολογεῖται καὶ παρ' αὐτῶν τούτων ἡμέτερον εἶναι. τούτου δὲ ὑπάρχοντος, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, μάλιστα μὲν ἤδη τε αὐτὸ εἰδόντες τὸ χωρίον, ὅτι συκοφαντοῦμαι δικαίως τοῖς εἰδόσιν ὑπιτρέπειν βουλόμαι ἐγὼ τοῖς ἰδίοις· ἀλλ' οὐχ οὗτοι, καθάπερ νυνὶ λέγειν ὑπισχνοῦσι. δῆλον δὲ ὑμῖν καὶ τοῦτ' αὐτίκ' ἔσται πᾶσιν. ἀλλὰ προσέχετε, ὦ

B

C

ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, πρὸς διὸς καὶ θεῶν, τὸν νοῦν. τοῦ γὰρ χωρίου, τοῦ τ' ἐμοῦ, καὶ τοῦ τούτων, τὸ μέσον ὁδός ἐστιν. ὅρος δὲ περιέχοντος κύκλῳ τοῖς χωρίοις, τὸ καταῤῥέον ὕδωρ τῇ μὲν εἰς τὴν ὁδὸν, τῇ δὲ εἰς τὰ χωρία συμβαίνει φερόμενον καὶ δὴ καὶ ἔστ' εἰς πίπτον οὗ ποτε εἰς τὴν ὁδὸν, ἡ μὲν αὖ ὁδῇ, φέρεται κάτω κατὰ τὴν ὁδὸν· ἡ δ' αὖ οὗ τῇ τι, τῇ τοι καὐτὰ τοῦτ' εἰς χωρία ὑπεραίρειν ἀναγκαῖον ἤδη. καὶ δὴ καὶ ἔστο τὸ χωρίον, ὦ ἄνδρες δικασταί, γιγνομένης ἐπομβρίας σφόδρα τὸ ὕδωρ ἐμβαλεῖν. ἀμελήθη δὲ ἔτι. ὅπου τοῦ πατρὸς ἔχοντος αὐτὸ, ἀλλ' ἀνθρώπου δυσχεραίνοντος ὅλως τοῖς τόποις, καὶ μᾶλλον ἀστικοῦ, οἷς καὶ τρὶς ἐμβαλὸν τὸ ὕδωρ, τά τε χωρία ἐλυμήνατο, καὶ μᾶλλον ὡδοποίει. διὸ δὴ ταῦθ' ὁ πατὴρ ὁρῶν, ὡς ἐγὼ τῶν εἰδότων ἀκούω, καὶ τῶν γιγνόντων ὀλιγωρούντων ἅμα, καὶ βαδιζόντων διὰ τοῦ χωρίου, τὴν αἰμασιὰν περιῳκοδόμησε τούτῳ. καὶ ὡς ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, παρέξομαι μὲν καὶ μαρτύρας ὑμῖν οὓς εἰδότας· πολὺ δ', ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τῶν μαρτύρων ἰσχυρότερα τεκμήρια. καλλικλῆς μὲν γὰρ φησι τὴν χαράδραν ἀποικοδομήσειν βλάπτειν ἐμὲ αὐτὸν· ἐγὼ δὲ ἀποδείξω χωρίον ὂν οὗ, ἀλλ' οὐ χαράδραν· εἰ μὴ ἦν μὴ σωεχωρεῖτο ἡμέτερον ἴδιον εἶναι· τάχ' ἂν οὗ τοῦ ἠδικοῦμεν, εἰ καὶ τὸ δημόσιον ὠκοδομοῦμεν. νυνὶ δὲ οὔτε οὗ τοῦ ἀμφισβητοῦσιν, ἔστι δ' ἐν τῷ χωρίῳ δένδρα πεφυτευμένα, ἀμπελοι καὶ συκαῖ. καί τις τίς ἐν χαράδρᾳ τοῦτ' ἂν φυτεύειν ἀξιώσειν; οὐδείς γε. τίς δ' πάλιν ἐν αὐτοῦ τεθέντας θάψειν; οὐδ' τοῦτ' οἶμαι. ταῦτα τοίνυν ἀμφότερ', ὦ ἄνδρες δικασταί, συμβέβηκε. καὶ γὰρ τὰ δένδρα πεφυτευμένα πρότερον, ἢ τὸν πατέρα περιοικοδομῆσαι τὴν αἰμασιὰν· καὶ τὰ μνήματα παλαιὰ, καὶ πρὶν ἡμᾶς κλῆσαι τὸ χωρίον γεγενημένα ἐστί. καὶ τοι τούτων ὑπαρχόντων, τίς ἂν εὐλόγως ἰσχυρότερον γένοιτο, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι; τὰ γὰρ ἔργα φανερῶς ἐξελέγχει. ἀλλ' μοι λάβετε νυνὶ πάσας ἤδη τὰς μαρτυρίας, καὶ λέγε.

Μαρτυρία.

Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, τῶν μαρτυριῶν; ἆρ' ὑμῖν δοκοῦσι παῤῥήσιον μαρτυρεῖν; καὶ τὸ χωρίον εἶναι δένδρων μεστὸν, καὶ μνήματα ἔχειν ἔνια, καὶ τἄλλα, ἃ περ καὶ τοῖς ἄλλοις χωρίοις συμβέβηκε καὶ πάλιν, ὅπου περιῳκοδομήθη τὸ χωρίον, ζῶντος μὲν ἔτι τοῦ τούτων πατρὸς, οὐκ ἀμφισβητούντων οὔτε τούτων, οὔτ' ἄλλου τοῦ γιγνόντος ὀλίγου; ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὧν εἴρηκε καλλικλῆς, ἀκοῦσαι καὶ σκέψασθαι. πρῶτον μὲν, εἴ τις ὑμῶν ἑώρακεν, ἢ ἀκήκοε πώποτε παρ' ὁδὸν χαράδραν ἄνω; οἶμαι γὰρ ἐν ἁπάσῃ τῇ χώρᾳ μηδεμίαν εἶναι τοῦ ὀνόματος ἕνεκα ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τοῦ δημοσίου ἐμέλλε βαδιεῖσθαι φερόμενον· τούτῳ ἀπὸ τῶν ἰδίων χωρίων χαράδραν ἐπικτίζοις; ἔπειτα τίς ἂν ὑμῶν εἴ τ' ἐν ἀγρῷ, νὴ δία, εἴτ' ἄστει, τὸ ἀπὸ τοῦ ὁδοῦ ὕδωρ ῥεῦν εἰς τὸ χωρίον, ἢ τὴν οἰκίαν δεξαίη ἂν αὐτοῦ; ἀλλ' οὐκ ἂν τοὐναντίον, κἂν βιάσηταί ποτε, ἀποφράττειν ἅπαντες καὶ παροικοδομεῖν εἰώθαμεν; οὗτος τοίνυν ἀξιοῖ με ἐκ τοῦ ὁδοῦ τὸ ὕδωρ εἰς δεξάμενον εἰς τὸ ἐμαυτοῦ χωρίον, ὅταν τὸ τούτου πλαλλαχῇ χωρίον, πάλιν εἰς τὴν ὁδὸν ἐξάγειν. οὐκοῦν πάλιν ὁ μὴ τοῦτον μοι γεωργῶν τῶν γιγνόντων ἐγκαλεῖ. τὸ δὲ ὑπὲρ τούτου δίκαιον, δῆλον ὅτι κἀκείνοις ὑπάρξει πᾶσι λεγόν. ἀλλὰ μὴν εἴ γε εἰς τὴν ὁδὸν ὀκνήσω τὸ ὕδωρ ἐξάγειν, ἤ που σφόδρα θορῶν εἰς τὸ πλησίον χωρίον ἀφεῖναι ἂν. ὅπου γὰρ νυνὶ ἀλιμήτους φεύγω δίκας, διότι τὸ ἐκ τοῦ ὁδοῦ ῥεῦν ὕδωρ εἰς τὸ πούτου χωρίον εἰσέπεσε· τί πάθοιμι, πρὸς διὸς ὑπὸ τοῦ ἐκ τοῦ χωρίου τοῦ ἐμοῦ τοῦ ὕδατος εἰσπεσόντος, βλαπτόμενος; ὅπου δὴ μήτ' εἰς τὴν ὁδὸν μήτ' εἰς τὰ χωρία ἀφεῖναί μοι τὸ ὕδωρ ἔξεστι δεξαμένῳ τι λοιπὸν, ὦ ἄνδρες δικασταί, πρὸς θεῶν; οὐ γὰρ ἐκπεῖν

A *bus: attendite modò, per deos vos oro, animum. Via inter meum & istorum fundum interest. Cum autem mons vndequaque prædia cingat: fit vt aqua defluens partim in viam, partim in prædia feratur: eáque, si quando in viam irruerit, qua exitum habet, deorsum per viam fertur: qua autem aliquid obsistit, ibi eam exaggeratam in fundos redundare necesse est. Atque adeò in hunc fundum, Iudices, facta inundatione, contigit aquam irruere, sed neglectum, patre meo nondum tenente: sed homine cui loca hæc omnino displicebant, & magis vrbano. Atque inundatio bis aut ter fundos vastauit, ac potius eos vt viam complanauit. Quod pater cum videret, vt ego ex ijs qui norunt, audio: ac vicini & depascerent, & iter per fundum facerent, hac maceria circundedit. Hæc vt vera esse vobis constet, cùm testes eos producam qui rem norunt, tum argumenta testibus multo firmiora. Callicles ait, me, obstructo alueo, damnum sibi dedisse: ego verò fundum eum esse, non alueum, ostendam. Quod ni concederetur,*

B *nostrum esse proprium: in eo fortasse peccaremus, quòd locum publicum extrueremus. nunc neque de eo litigant, & fundus consitus est arboribus, vitibus & ficis. Quis verò eas in alueo inserere velit? nemo profectò. Quis autem in eo loco maiores suos sepeliret? ne id quidem quisquam faceret opinor. Atqui Athenienses, vtraque hæc contigerunt. Nam & arbores plantatæ fuerunt, priusquam pater meus sepem circundaret: & monumenta vetera, prius etiam quàm nos agrum emisemus, facta. Quæ firmior, Athenienses, afferri probatio queat? Res enim ipsa omnem controuersiam tollunt. Cape iam testimonia, & recita.*

TESTIMONIA.

Auditis Athenienses testimonia? Nónne vobis apertè affirmare videntur, & fundum arboribus esse refertum, & habere monumenta quædam, & cætera quæ in alijs fundis esse solent? atque iterum, septum fuisse fundum, viuente adhuc patre istorum, non aduersantibus vel istis, vel vllo vicinorum? Operæprecium autem est, Athenienses, etiam cætera quæ Callicles dixit, audire atque considerare. Pri-

C *mùm an vestrûm quisquam vel viderit, vel audierit vnquam iuxta viam esse alueum? Equidem arbitror in hac tota regione esse nullum. Quamobrem enim quisquam aquæ per publicam viam impetu abituræ alueum per suum fundum fecisset? Deinde quis quæso vestrûm siue in agro, siue in vrbe per viam fluentem aquam in fundum suum aut ædes reciperet? Non contrà potius omnes, si quando violenter ingruerit, excludere, atque obstruere solemus? Iste verò postulat, vt aquam de via in meum fundum recipiam: & cum ea ad istius fundum accesserit, vt rursus in viam deriuem. Proinde quisquis post istum, fundum habet, rursus me accusabit. eandem enim profectò, quam iste, & ille, causam omnes afferre poterunt. Atqui si in viam educere aquam dubitabo: cõfidenter scilicet eam in vicinum fundum emittam. Quum enim nunc mulctæ cõstitutæ legib. à me petantur, quòd aqua de uia in istius fundũ irruit: quid quæso mihi facient illi, quibus aqua è fundo meo eiecta, nocitura est? Quãdo aũt aquã exceptã, nec in viã nec in agros emittere licebit: qd reliquum erit, Iudices? nec. n.*

vtiq;

vtique me coget etiam Callicles eam ebibere. Hæc ego cum feram, & multa alia peracerba: tantum abest vt pœnas de eis sumam, vt bene mecum agi putarem, si non insuper mulctarer. Nam si, Iudices, alueus esset, qui olim aquam excepisset, eamq; ego non exciperem: fortasse peccarem: quemadmodum in alijs quibusdam vicinis prædijs sunt aluei, de quibus constat, quibus aquam primus quisque excipit, quemadmodum torrentes qui ex ædibus educuntur: ab illis porrò eandem alij similiter excipiunt. hanc verò neque mihi dat, nec à me accipit quisquam. Qui igitur alueus esse potest? Aqua autem, quæ irrupit, sæpe nimirum nocuit multis, * etiam cautis: nocuit nunc isti etiam.

Nihil damni datũ aduersarijs.

Quod autem omnium iniquissimũ est: Callicles cum aqua in suum fundum irrupit, ingentibus saxis eum obstruxit: quod autem pater, cum idem suo fundo accidisset, septum fecit: quasi in eo peccasset, mihi dati damni actionem impegit. Quod si omnes quibus aqua istac defluens, nocet, me accusabunt: etiamsi fortunæ meæ multiplicentur, non omnibus potero satisfacere. Tantò autem isti sunt alijs iniquiores, vt nullo damno affecti, vt ego vobis statim ostendam, cum alijs multa & magna damna data sint, soli ipsi mihi negocium facessere ausint: etsi quibusuis id potius facessere licuisset. Nam isti, vt maximè aliquid eis acciderit, ipsi sua culpa læsi, me calumniantur: illi autem vt nihil aliud, at nullum tale crimen habent, Sed ne rerum ordine perturbato, simul dicam omnia: cape mihi vicinorum testimonia.

TESTIMONIA.

Nonne indignum est, Iudices, cum hi tantis damnis factis, neque vllus alius ex ijs quibus aduersa acciderunt, quicquam queratur, sed æquo animo fortunam ferant: istum calumniari? quem ipsum deliquisse primùm, quòd foràs educta maceria viam angustiorem fecit, vt arbores quæ in via fuerant amplecteretur: deinde, quòd eluuie in viam proiecta viam exaggerauit & coarctauit: è testimonijs statim euidentius cognoscetis. Iam eos nihil perdidisse, nullumq; fecisse damnum, quod alicuius momenti sit, & tamen tantam contra me actionem instituisse: mox ostendere conabor. Cum mea mater istorum matre familiariter vteretur, priusquam isti me calumniari cœpissent, & altera ad alteram accederet, vt fieri solet: cum ambæ & ruri habitarent, & inter se vicinæ essent, & inter viros etiam, dum viuebant, familiaritas intercederet: cum igitur mea mater ad istorum matrem venisset, atque illa calamitatem deploraret: nos verè audiuimus omnia, Iudices. Quòd si dico quæ de matre audiui: sic mihi multa bona eueniant: sin mentior: contraria horum. Ea igitur se omnino vidisse, & ex istorum matre audiuisse dicebat, hordei commaduisse, quos ipsa siccari vidisset, tres medimnos, farinæ circiter semimedimnum: olei auectam esse amphoram, eam dixisse, neque tamen ei quicquam accidisse. Tantas isti clades acceperunt, Iudices, pro quibus mille drachmarum mulctam legum autoritate à me petunt. Neq; enim * si parietinæ veteri domicilium imposuit: id mihi quoq; imputandum est: quod neq; corruit, neq; quicquam grauius passum est. Quare si faterer, me eis omnium malorum autorẽ esse: tamen quæ cõmaduerint, hæc fuerũt.

Cum

A ἐκπιεῖν γε δήπου με καλλικλῆς αὐτὸ προσαναγκάσῃ, ταῦτα τοίνυν ἐγὼ πάσχων ὑπὸ τούτων, καὶ πολλὰ ἐπρᾶξ δεινὰ, μὴ ὅτι δίκην λαβεῖν, ἀλλὰ μὴ προσοφείλειν ἀγαπήσαιμ' ἄν. εἰ μὲν γὰρ ἦν, ὦ ἄνδρες δικασταί, χαράδρα πάλαι ὑποδεχομένη· τάχα ἂν ἠδίκουν ἐγὼ μὴ δεχόμενος, ὥσπερ αἱ ἀπὸ τῶν χωρίων εἰσὶν ὁμολογούμεναι χαράδραι. καὶ ταύτας δέχονται μὲν οἱ πρῶτοι, καθάπερ οὖν ἐκ τῶν οἰκιῶν χειμάῤῥους· παραλαμβάνουσιν ὡσαύτως. ταύτην δ' οὔτε παραδίδωσιν οὐδεὶς, οὔτε παρ' ἐμοῦ παραλαμβάνει, πῶς ἂν αὐτὴ τοῦτο χαράδρα; τὸ δ' εἰσπεσὸν ὕδωρ ἔβλαψε μὲν οἴμοι πολλάκις ἤδη πολλοὺς * φυλαξαμένους· ἔβλαψε δὲ νῦν καὶ πυτινί. ὁ καὶ πάντων ἐστὶ δεινότατον· εἰ καλλικλῆς μὲν εἰς τὸ χωρίον ἐμπεσόντος τοῦ ὕδατος, ἀμαξιαίους λίθους προσκομίσας ἀποικοδομεῖ· τοῦ δὲ πατρὸς ὅτι τοῦτο παθόντος τοῦ χωρίου περιῳκοδόμησεν, ὡς ἀδικοῦντος ἐμοὶ βλάβης εἴληχε δίκην. καί τοι εἰ ὅσοι κακῶς πεπόνθασιν ὑπὸ τῶν ὑδάτων τῶν ταύτῃ ῥεόντων ἐμοὶ λήξουσι δίκας· οὐδὲ πολλαπλάσια γιγνόμενα τὰ ὄντα ἐξαρκέσειεν ἄν μοι. τοσοῦτον τοίνυν διαφέρουσιν οὗτοι

B τῶν ἄλλων, ὥστε πεπονθότες μὲν οὐδὲν (ὡς αὐτίκα ἐγὼ σαφῶς ὑμῖν ἐπιδείξω) πολλῶν δὲ πολλὰ καὶ μεγάλα βεβλαμένων, μόνοι δικάζεσθαι τετολμήκασιν οὗτοί μοι. καί τι πᾶσι μᾶλλον ἐνεχώρει τοῦτο πράττειν. οὗτοι μὲν γὰρ εἴ τι πεπόνθασιν, αὐτοὶ δι' αὑτοὺς βεβλαμμένοι συκοφαντοῦσιν· ἐκεῖνοι γὰρ εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, πιαίτιον γ' οὐδεμίαν αἰτίαν ἔχουσιν. ἀλλ' ἵνα μὴ πάντα ἅμα συνταράττας λέγω, λάβε μοι τὰς τῶν γιτόνων μαρτυρίας.

Μαρτυρίαι.

Οὐκοῦν δεινὸν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τούτους μηδὲν ἐγκαλεῖν μοι τοσαῦτα βεβλαμμένους, μηδ' ἄλλον μηδένα τῶν ἠτυχηκότων, ἀλλὰ τὸν τύχῃ στέργειν· τοῦτον δὲ συκοφαντεῖν; ὃν ὅτι μὲν αὐτὸς ἐξήμαρτε, πρῶτον μὲν τὸν ὁδὸν στενοτέραν ποιήσας ἐξαγαγὼν ἐξω τὸν αἰμασιὰν, ἵνα τὰ δένδρα τῆς ὁδοῦ, ποιήσειεν εἶσω· ἔπειτα δὲ τὸν χαλῖδον ἐμβαλὼν εἰς τὸν ὁδὸν, ἐξ ὧν ὑψηλοτέραν τὸν ὁδὸν καὶ στενοτέραν πεποιήκει συμβέβηκεν. ἐκ τῶν μαρτυριῶν αὐτίκα εἴσεσθε σαφέστερον. ὅτι δ' οὐδὲν ἀπολωλεκὼς, οὐδὲ καταβεβλαμμένος ἄξιον λόγου, τηλικαύτην μοι δίκην εἴληχε· τοῦθ' ὑμᾶς ἤδη πειράσομαι

C διδάσκειν. τῆς γὰρ μητρὸς τῆς ἐμῆς, χρωμένης τῇ τούτων μητρὶ, πρὶν τούτους ἐπιχειρῆσαί με συκοφαντεῖν, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀφικνουμένων οἷον εἰκὸς, ἅμα μὲν οἰκουσῶν ἀμφοτέρων ἐν ἀγρῷ καὶ γιτνιωσῶν, ἅμα δὲ τῶν ἀνδρῶν χρωμένων ἀλλήλοις, ἕως ἔζων· ἐλθούσης δὴ τῆς ἐμῆς μητρὸς ὡς τὴν τούτων, καὶ δοδυρομένης ἐκείνης τὰ συμβάντα, καὶ δεικνυούσης· οὕτως ἐπυθόμεθα πάντα ἡμεῖς ὦ ἄνδρες δικασταί. καὶ εἰ λέγω μὲν ἅπερ ἤκουσα τῆς μητρὸς, οὕτω μοι πολλὰ ἀγαθὰ γένοιτο. εἰ δὲ ψεύδομαι, τἀναντία τούτων· ἡ μὴν ὁρᾶν, καὶ τῆς τούτων μητρὸς ἀκούειν ἔφη κριθῶν μὲν βρεχθεῖσαν καὶ ξηραινομένους ἰδεῖν αὐτὴν μηδὲ τρεῖς μεδίμνους· ἀλεύρου δ' ὡς ἡμιμεδίμνου· ἐλαίου * δ' ἀποκλινθῆναι μὲν κεραμίου φάσκειν· οὐ μέν τοι παθεῖν γε οὐδέν. τοσαῦτα ὦ ἄνδρες δικασταί, τὰ συμβάντα τοῖς τούτοις. αὐθ' ὧν ἐγὼ χιλίων δραχμῶν δίκην ἀτιμητὸν φεύγω. οὐ γὰρ δὴ εἰ τεῖχός γε παλαιὸν ἐπωκοδόμησεν, ἐμοὶ καὶ τοῦτο λογιστέον ἐστὶν, ὅ μήτε ἔπεσε, μήτ' ἄλλο μηδὲν δεινὸν ἔπαθεν· ὡς εἰ συνεχώρουν αὐτοῖς ἀπάντων αἴτιος εἶναι τῶν συμβεβηκότων, τό γε βρεχθὲν ταῦτ' ἴσθ'.

ὅπῃ

ἐπὶ τῇ μήτε ἐξ ἀρχῆς ὁ πατὴρ ἠδίκει τὸ χωρίον τοῖς οἰκοδομῶν, μήθ' ὅτοι τοῦ πότε ἐνεκάλεσαν, τοσούτου χρόνου διελθόντος, οὔτ' ἄλλοι πολλὰ καὶ δεινὰ πεπονθότες, μηδὲν μᾶλλον ἐγκαλοῦσιν ἐμοί· πάντες τε ὑμεῖς τὸ ἐκ τῶν οἰκιῶν καὶ τὸ ἐκ τῶν χωρίων ὕδωρ εἰς τὴν ὁδὸν ἐξάγειν εἰώθατε, ἀλλ' οὐ μὰ Δί' εἴσω τὸ ἐκ τῆς ὁδοῦ δέχεσθαι· τί δεῖ πλείω λέγειν; οὐ γὰρ ἐκ τούτων ἄδηλον, ὅτι φανερῶς συκοφαντήσομεν, οὐτ' ἀδικῶν οὐδενὶ, οὔτε βεβλαμμένων ἃ φασιν. ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι καὶ εἰς τὴν ὁδὸν χλοῖδον ἐμβεβλήκασι, καὶ τὴν αἱμασιὰν προσαγαγόντες στενοτέραν τὴν ὁδὸν πεποιήκασιν, ἐπὶ δὲ ὡς ὅρκον ἐδίδουν ἐγὼ τῇ τούτων μητρὶ, καὶ τὴν ἐμαυτοῦ τὴν αὐτὴν ὀμόσαι προὐκαλούμην, λάβε μοι τὰς τε μαρτυρίας, καὶ τὴν πρόκλησιν,

Μαρτυρία. Πρόκλησις.

Εἶτα τούτων οὐκοῦν τοιοῦτοι γίγνοιντ' ἂν ἄνθρωποι, ἢ φανερώτερον συκοφαντοῦντες; οἵτινες αὐτοὶ τὴν αἱμασιὰν προσαγαγόντες καὶ τὴν ὁδὸν ἀνακεχωκότες, ἑτέροις βλάβης δικάζουσι, καὶ πολλῶν χιλίων δραχμῶν ἀτίμητον. οἱ γ' οὐ πεντήκοντα δραχμῶν τὸ παντάπασιν ἅπαντα ἀπολωλέκασι. καί τοι σκοπεῖτε, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, πόσους ὑπὸ τοῦ ὑδάτων ἐν τοῖς ἀγροῖς βεβλάφθαι συμβεβήκε· τοὺς μὲν ἐν Ἐλευσῖνι, τοὺς δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις. ἀλλ' οὐδὲν τούτων, ὦ γῆ καὶ θεοὶ πάντες τῶν γονέων ἕκαστος ἀξιοῦ τὰς βλάβας κομίζεσθαι. κἀγὼ μὲν ὃν προσῆκεν ἀγανακτῶν, τὴν ὁδὸν στενοτέραν γεγενημένην καὶ μετεωροτέραν, ἡσυχίαν ἔχω τούτοις οὐ τοσοῦτον θεῖεσιν ὡς ἔοικεν, ὥστε τοὺς ἠδικημένους προσυκοφαντοῦσι. καί τοι ὦ καλλίκλεις εἰ καὶ ὑμῖν θεῖοικοδομεῖν ἔξεστι τὸ ὑμέτερον αὐτοῦ χωρίον, καὶ ἡμῖν δήπου τὸ ἡμέτερον ἐξεῖναι. εἰ δὲ ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς ἠδίκει θεῖοικοδομῶν ὑμᾶς, οὐ νῦν ὑμεῖς ἀδικεῖτε ἐμὲ πεοιοικοδομοῦντες οὕτω· δῆλον γὰρ ὅτι μεγάλοις λίθοις ἀποικοδομηθεῖσα, πάλιν τὸ ὕδωρ εἰς τὸ ἐμὸν * ἥξει χωρίον εἰ δ' ὅταν τύχῃ, καταβαλεῖ τὴν αἱμασιὰν ἀπροσδόκητος, ἀλλ' οὐδὲν μᾶλλον ἐγκαλῶ τούτοις ἐγὼ Δία γε, ἀλλὰ σπεύδω τὴν τύχην καὶ ταμαυτοῦ φυλάττειν πρόσθεν καὶ τοῦ φράττειν τὸν φράττοντα μὴ τὰ ἑαυτοῦ σωφρονεῖν ἡγοῦμαι. δικαζόμενοι δέ μοι, πονηρότατόν τ' εἶναι καὶ διεφθαρμένον ὑπὸ νόσου νομίζω. μὴ θαυμάζετε δὴ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τοῦ τοῦ * προθυμίαν μηδὲ εἰ τὰ ψεύδη κατηγορεῖν νῦν πόλμηκε· καὶ γὰρ * τὸ πρότερον πείσας τὴν ἀνεψιὸν ἀμφισβητεῖν μοι τοῦ χωρίου συνθήκας ὑπομένας ἀπώλεσε· καὶ νῦν αὐτὸς ἐρήμου μου καταδεδικήκατο, τοιαύτην ἑτέραν δίκην, κάλλαρον δηπουθεν ψαμενῶν * τὴν ἐμῶν δούλων. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις κακοῖς, καὶ τοῦτο εὑρὼν σόφισμα· καλλάρῳ τὴν αὐτὴν δίκην δικάζοντα. καί τοι τίς οὐκ οἰκέτης τὸν τοῦ δεσπότου χωρίον περιοικοδομήσειν ἂν, μὴ προστάξαντος τοῦ δεσπότου; καλλάρῳ * ἕτερον ἐγκαλεῖν οὐδὲν ἔχοντες, ὑπὲρ ὧν ὁ πατὴρ πλείω ἢ πεντεκαιδεκαέτη φέρας ἐπιβίω, δικάζοι. κἂν μὲν ἐγὼ τὴν χωρίων ὠνοῦμαι, τούτοις ὠνοδομοῦμεν, ἢ πρὸς ἕτερα χωρία ἀλλαξάμενος· οὐδὲν ἀδικεῖ κάλλαρος. ἂν δὲ ἐγὼ μὴ βούλομαι ταμαυτοῦ τούτοις πρόσθεν· πάντα τὰ δεινότατα ὑπὸ καλλάρου πάσχουσιν οὗτοι. ζητοῦσι καὶ διωκητὴν, ὅς τις αὐτοῖς τὰ χωρία προσπαγώσῃ, * καὶ Δία δύσεις τοιαύτας, ἐξ ὧν τὰ χωρία ἔχουσιν. εἰ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὗτοι ἐπιβουλεύοντες καὶ συκοφαντοῦντες δεῖ πλέον ἔχειν· οὐδὲν ἂν ὄφελος εἴη τῶν εἰρημένων. εἰ δὲ ὑμεῖς τοὺς μὲν τοιούτους μισεῖτε, τὰ δὲ δίκαια ψηφίζεσθε, μήτ' ἀπολωλεκότος καλλικλέους μηδὲν, μήτ' ἠδικημένου, μήθ' ὑπὸ καλλάρου, μήθ' ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐκείνου· ὅτι δεῖ πλείω λέγειν. ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι καὶ πρότερον ἐπιβουλεύων μου τοῖς χωρίοις τὴν ἀνεψιὸν κατεσκεύασε, καὶ νῦν τὴν ἑτέραν αὐτὸς κατεδικήσατο κάλλαρος

A *Cum autem pater nec ab initio, cum fundum muniret, eis iniuriam fecerit, nec isti vnquam questi sint, tanto tẽpore interiecto: & alij multis & magnis affecti damnis, nihilo plus me accusent, vósq; omnes aquam ex ædibus & fundis in vias educere soleatis: non ita me amet Iupiter, eam quæ in via est, intrò admittere: quorsum plura dicenda sunt? Neque enim ex his obscurum est, mihi manifestè calumniam fieri: quum neq; iniuriam illis faciam, neq; cum eis tam male actum sit vt dicunt. Vt autem sciatis, eos & eluuiem in viam proiecisse, & sepe circunducta viam angustiorem effecisse, & me istorum matri iusiurandum detulisse, & à mea postulasse vt idem iusiurandum daret: cape mihi hæc testimonia, & prouocationem.*

Translatio culpę in aduersarium.

TESTIMONIA. PROVOCATIO.

Quid istis hominibus fieri possit impudentius? quæ calumnia manifestior? qui quum ipsi sepem produxerint, & viam exaggerarint: alios dati damni accusant, & mille drachmas dari sibi ex legibus omnino postulant, quorum vniuersa iactura non est quinquaginta drachmarum? Atqui considerate, Iudices, quam multo-

B *rum agris ab aqua damnum datum sit: partim Eleusine, partim alijs in locis. Neque tamen, ô dij immortales, eorum quisque damnum à vicinis pensari sibi postulat. Ac ego quidem, quem indignari oportebat, propter viam & angustiorem & altiorem factam, quiesco. Istis autem ea licentia datur, si ita fit, vt affectos iniurijs etiam calumnientur. Atqui Callicles, si vobis munire licet vestrum fundum: nobis vtique nostrum quoque licuit. Sin pater meus muniendo, vobis iniuriam fecit: & vos nunc mihi facitis iniuriam, sic muniendo. Cum enim vester fundus magnis saxis munitus sit: satis apparet, aquam rursus in meum fundum venturam: post, si ita ceciderit, inopinatò murum prostraturam. Sed ego propter hoc eos nihilo magis accusò: sed fortunam boni consulo, & vt mea tuear, operam dabo. Nam & istum, qui sua sepiat, sapere: quòd autem mihi litem mouet, & improbissimum, & mentis errore affectum esse existimo.*

Insectatio morũ Callicis.

Ne verò miremini, Iudices, istius improbitatem, neque in impingendo falso crimine audaciam. Nam prius etiam, cum consobrino suo persuasisset, vt mihi litem mo-

C *ueret de fundo, pactiones commenticias protulit: & nunc ipse me alio iudicio absentem condemnauit arbitri sententia, Callari nomine, qui vnus est è seruis meis. Nam præter alia scelera, etiam hoc commentum excogitarunt: Callarum eiusdem criminis reum agunt. Quis autem seruus iniussu domini agrum septo circundaret? Cum autem quod Callaro obijciant, nihil aliud habeant: propter id septum, quo facto pater annos amplius quindecim vixit, eum in ius vocant. Quòd si ego prædijs his cessero, aut venditis, aut cum alijs prædijs permutatis: nihil iniusti facit Callarus. Sin istis cõdonare mea nolo: summis à Callaro iniurijs afficiuntur: atq; etiam arbitrum quæritant, qui eis fundum adiudicet, & tales transactiones, per quas fundos obtineant. Et quidem, Iudices, si insidiatores & calumniatores meliore conditione sunt: nihil proderunt ea quæ diximus. sin vos & tales oderitis, & iusta decernetis, cum Callicles nec perdiderit quicquam, nec vlla sit affectus iniuria vel à Callaro, vel à patre: non video quorsum attineat plura dicere. Vt autẽ sciatis, eum prius etiam meis fundis insidiantem, consobrinum suum suborna sse, & nunc altero hoc iudicio Callarum arbitri sententia con*